

hibus Agarenorum captis, Constantinopolim reversus, portas earum secum duxit, Deoque, quasi suæ expeditionis primitias tribuens, in S. Sophiæ templo dedicavit. Joannes Columna Cardinalis ab Honorio pontifice christiani exercitûs et ingentis classis legatus, in Ægypto Heliopolim validissimam urbem expugnâvit, et victor ex accipiti prælio sacratum Romam trophæum detulit, columnam scilicet in quâ Christus deligatus et flagris cæsus fuit, quam in sanctæ Praxedis templo Deo, in spoliis prætio omni pretiosius, erexit. Ita P. Jovius in Pompâ Columnæ.

David gladium Goliath, quo ipsimet capite truncavit, Deo dedicavit, eumque in Dei tabernaculo suspendit, 1 Reg. 21, 9. Denique Titus imp. admiratus munitiones Hierosolymæ, videns que eas à se superatas, dixit : *Planè Deo adjuvante pugnâvimus*, ait Joseph, lib. 7 Belli, c. 16; quin et coronari voluit, dicens Deo victorie hujus coronam debere. Audi Philostrate. lib. 6 de Vita Apollonii : « Finitimûs gentes ob victoriam coronare ipsum voluerunt : ille v. verò se tali honore indignum esse respondit ; eum enim se talium operum auctorem, sed Deo contra Judæos incendiam demonstranti manus suas præbuisse. »

VERS. 51. — OMNE AURUM IN DIVERSIS SPECIEBUS, id est, omne aurum in diversis vasorum species conflatum. Ita Hebr., Chald., Sept.

VERS. 52. — PONDO SEXDECIM MILLIA. *Tæ pondo* non est in Hebræo; ex quo patet, *pondo* hic non significare libram, sed pondus, scilicet aurum, q. d. : Ex præda oblata fuerunt in auro ad pondus sexdecim millia siclorum, et 750 sicli, hoc est, universis auri libræ 697, et 22 sicli. Ita Hebræa.

VERS. 53. — UNUSQUISQUE ENIM QUOD IN PRÆDA RAPUERAT, SUUM ERAT. Intellige de auro et similibus, que rapi et tegi poterant : nam alia grandiora, ut homines et pecora, in commune

CAPUT XXXII.

1. Filii autem Ruben et Gad habebant pecora multa, et erat illis in juvenis infinita substantia. Cùmque vidissent Jazer et Galaad aptas animalibus alendis terras,

2. Venerunt ad Moysen, et ad Eleazarum sacerdotem, et principes multitudinis, atque dixerunt :

5. Ataroth, et Dibon, et Jazer, et Nemra, Hesehon, et Eleale, et Saban, et Nebo, et Beon,

4. Terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio uberrima est ad

collata sunt et ex æquo divisa, ut dictum est, v. 25.

VERS. 54. — INTULERUNT IN TABERNACULUM, quod erat CORAM DOMINO, puta coram archa, Cherubim et propitiatorio. Lyran., hoc capite, duodecim causas recenset, ob quas justè motum fuisse bellum in Script. legimus. Prima est, si bellum geratur contra terram in quâ Deus blasphematur per idololatriam, ut habetur, Deut. 12, 2 : *Subvertite omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos*. Secunda, si à Dei cultu recedatur, Deut. 15, 12 : *Si audieris in unâ urbium tuarum dicentes aliquos, etc.* Tertia, si fidelitas temporalis domini deseratur, ut patet, 4 Reg. 5, de Joram et Josaphat, qui moverunt bellum contra regem Moab. Quarta, si rebellio moveatur; ita, David 2 Reg. 20, persecutus est Seham filium Bochri. Quinta, si malefactor defendatur, ut patet, Judic. 20, de bello moto contra Gabaam. Sexta, si injuria publica principi irrogetur, ut patet, 3 Reg. 10, de bello David contra regem Ammon, qui fecit radii barbas nuntiorum David in contemptum ejus. Septima, si propria res repetatur, ut patet, 2 Reg. 3, de bello David contra Isboseth, ad repetendum regnum quod ei datum erat à Deo. Octava, ut hostis repellatur, ut patet, 2 Reg. 8, de bello David contra Philistinos. Nona, ut hostis insurgens in suis propriis oppugnetur, ut patet, Num. 21, de bello filiorum Israel contra Schon et contra Og reges Amorrhæorum. Decima, contra illum per quem hostis roboratur, ut patet, 2 Reg. 8, de bello David contra Syriam Damasci, eò quòd ferebat auxilium Adarezer. Undecima, ut amicus ab hostibus cripiatur, ut patet, Gen. 14, de bello Abraham contra reges, qui captiverant Loth nepotem suum. Duodecima, si tyrannus à presidente exerceatur, ut patet, lib. Machabæorum, de bello Machabæorum contra Antiochum illustrem. Hactenus Lyranus.

CHAPITRE XXXII.

1. Or, les enfans de Ruben et de Gad avaient un grand nombre de troupeaux, et ils possédaient en bétail des richesses infinies. Voyant donc que les terres de Jazer et de Galaad étoient propres à nourrir des bestiaux,

2. Ils vinrent trouver Moïse et Eléazar le grand-prêtre, et les princes du peuple, et ils leur dirent :

5. Ataroth, Dibon, Jazer, Nemra, Héséhon, Eleale, Saban, Nébo et Béon,

4. Toutes terres que le Seigneur a réduites sous la domination des enfans d'Israël, sont

pastum animalium : et nos servi tui habemus jumenta plurima ;

5. Precamurque si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis cum in possessionem, nec facias nos transire Jordanem.

6. Quibus respondit Moyses : Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, et vos hic sedebitis ?

7. Cur subvertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus ?

8. Nomen ita egerunt patres vestri, quando nisi de Cadesbarnè ad explorandam terram ?

9. Cùmque venissent usque ad vallem Botri, lustratâ omni regione, subverterunt cor filiorum Israel, ut non intrarent fines quos eis Dominus dedit.

10. Qui iratus juravit, dicens :

11. Si videbunt homines isti, qui ascendentur ex Ægypto, à viginti annis et supra, terram, quam sub juramento pollicitus sum Abraham, Isaac, et Jacob ; et noluerunt sequi me,

12. Præter Caleb, filium Jephone Cenezæum, et Josue filium Nun : isti impleverunt voluntatem meam.

13. Iratusque Dominus adversum Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis donec consumeretur universa generatio, quæ fecerat malum in conspectu ejus.

14. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa et alumni hominum peccatorum, ut augeretis furorem Domini contra Israel.

15. Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, et vos causa eritis necis omnium.

16. At illi propè accedentes, dixerunt : Cautas ovium fabricabimus, et stabula jumentorum, parvulis quoque nostris urbes munitas :

17. Nos autem ipsi armati et accincti, pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Parvuli nostri, et quidquid habere possimus, erunt in urbibus muratis, propter habitatorum insidias.

18. Non revertemur in domos nostras, usque dum possideat filii Israel hæreditatem suam :

19. Nec quidquam quaeremus trans Jordanem, quia jam habemus nostram possessionem in orientali ejus plagâ.

20. Quibus Moyses ait : Si facitis quod pro-

un pays très-fertile et propre à la nourriture du bétail ; et nous avons nous autres, vos serviteurs, beaucoup de bestiaux ;

5. Si nous avons donc trouvé grâce devant vous, nous vous supplions de nous donner la possession de cette terre, à nous qui sommes vos serviteurs, sans que vous nous fassiez passer le Jourdain.

6. Moïse leur répondit : Vos frères iront-ils au combat pendant que vous demeurerez ici en repos ?

7. Pourquoi jetez-vous l'épouvante dans les esprits des enfans d'Israël, afin qu'ils n'osent passer dans le pays que le Seigneur doit leur donner ?

8. N'est-ce pas ainsi qu'ont agi vos pères, lorsque je les envoyai de Cades-Barné pour considérer ce pays ?

9. Car étant venus jusqu'à la vallée de la Grappe de Raisin, après avoir considéré tout le pays, ils jetèrent la frayeur dans le cœur des enfans d'Israël, pour les empêcher d'entrer dans la terre que le Seigneur leur avait donnée.

10. Et le Seigneur fit ce serment dans sa colère :

11. Ces hommes, dit-il, qui sont sortis de l'Égypte, depuis l'âge de vingt ans et au-dessus, ne verront point la terre que j'ai promise avec serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, parce qu'ils n'ont point voulu me suivre ;

12. Excepté Caleb, fils de Jephoné Cénézeen, et Josué, fils de Nun, qui ont accompli ma volonté.

13. Et le Seigneur, étant en colère contre Israël, l'a fait errer dans le désert pendant quarante ans, jusqu'à ce que toute cette race d'hommes qui avaient ainsi péché en sa présence, fut entièrement éteinte.

14. Et maintenant, ajouta Moïse, vous avez succédé à vos pères comme des enfans et des rejetons d'hommes pécheurs, pour augmenter encore la fureur du Seigneur contre Israël.

15. Que si vous ne voulez point suivre le Seigneur, il abandonnera le peuple dans ce désert, et vous serez la cause de la mort de tout ce peuple.

16. Mais les enfans de Ruben et de Gad s'approchant de Moïse, lui dirent : Si vous nous accordez les terres que nous vous demandons, nous y ferons des parcs pour nos bœufs, et des étables pour nos bestiaux, et nous bâtirons des villes fortes pour y mettre nos petits enfans :

17. Mais pour nous, nous marcherons armés et prêts à combattre à la tête des enfans d'Israël, jusqu'à ce que nous les ayons mis en possession des lieux où ils doivent s'établir. Cependant nos petits enfans demeureront dans les villes ceintes de murailles, avec tout ce que nous pouvons avoir de biens, afin qu'ils ne soient point exposés aux insultes des gens du pays.

18. Nous ne retournerons point dans nos maisons, jusqu'à ce que les enfans d'Israël possèdent la terre qui doit être leur héritage ;

19. Et nous ne demanderons point de part au-delà du Jourdain, parce que nous possédons déjà la nôtre dans le pays qui est à l'orient de ce fleuve.

20. Moïse leur répondit : Si vous êtes résolus

mittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam :

21. Et omnis vir bellator armatus Jordanem transeat, donec subvertat Dominus inimicos suos.

22. Et subjicietur ei omnis terra : tunc eritis inculpabiles apud Dominum et apud Israel, et obtinebitis regiones, quas vultis, coram Domino.

23. Sin autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubium est quin peccetis in Domino ; et scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.

24. Adificate ergo urbes parvulis vestris, et caulas, et stabula ovibus, ac jumentis : et quod polliciti estis implete.

25. Dixeruntque filii Gad et Ruben ad Moysen : Servi tui sumus, faciemus quod jubet Dominus noster.

26. Parvulos nostros, et mulieres, et pecora, ac jumenta relinquemus in urbibus Galaad :

27. Nos autem famuli tui omnes expediti pergenus ab bellum, sicut tu, domine, loqueris.

28. Precepit ergo Moyses Eleazarum sacerdoti, et Josue, filio Nun, et principibus familiarum per tribus Israel, et dixit ad eos :

29. Si transierit filii Gad et filii Ruben vobiscum Jordanem, omnes armati ad bellum coram Domino, et vobis fuerit terra subjecta, date eis Galaad in possessionem.

30. Sin autem noluerit transire armati vobiscum in terram Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca.

31. Responderuntque filii Gad, et filii Ruben : Sicut locutus est Dominus servis suis, ita faciamus.

32. Ipsi armati pergenus coram Domino in terram Chanaan, et possessionem jam suscepisse nos confitemur trans Jordanem.

33. Dedit itaque Moyses filiis Gad et Ruben, et dimidie tribui Manasse filii Joseph, regnum Schon, regis Amorrhæi, et regnum Og, regis Basan, et terram eorum cum urbibus suis per circuitum.

34. Igiture extruxerunt filii Gad, Dibon, et Ataroth, et Aroer.

35. Et Eetroth, et Sophan, et Jazer, et Jeglaan.

36. Et Bethnemra, et Betharan, urbes munitas, et caulas pecoribus suis.

37. Filii verò Ruben edificaverunt Hesebon, et Eleale, et Cariathaim.

38. Et Nabo, et Baalméon, versis nominibus, Sabama quoque : inponentes vocabula urbibus quas extruxerant.

39. Porrò filii Machir, filii Manasse, perre-

de faire ce que vous promettez, marchez en la présence du Seigneur, tout prêts à combattre.

21. Que tous ceux d'entre vous qui peuvent aller à la guerre, passent le Jourdain les armes à la main, jusqu'à ce que le Seigneur ait détruit ses ennemis.

22. Et que tout le pays lui soit assujéti : et alors vous serez irréprochables devant le Seigneur et devant Israël, et vous posséderez légitimement, avec l'assistance du Seigneur, les terres que vous désirez.

23. Mais si vous ne faites point ce que vous dites, il est indubitable que vous pécherez contre Dieu : et me doutez point que votre péché ne retombe sur vous.

24. Bâtimez donc des villes pour vos petits enfants ; et faites des parcs et des étables pour vos brebis, et pour vos bestiaux, et accomplissez ce que vous avez promis.

25. Les enfants de Gad et de Ruben répondirent à Moïse : Nous sommes vos serviteurs, nous ferons ce que le Seigneur nous commande.

26. Nous laisserons dans les villes de Galaad nos petits enfants, nos femmes, nos troupeaux et nos bestiaux :

27. Et pour nous autres, vos serviteurs, nous irons tous à la guerre, prêts à combattre comme vous, seigneur, nous le commandez.

28. Moïse donna donc cet ordre à Eléazar, grand-prêtre, à Josué, fils de Nun, et aux princes des familles dans chaque tribu d'Israël, et leur dit :

29. Si les enfants de Gad et les enfants de Ruben passent tous le Jourdain, et vont les armes à la main avec vous pour combattre devant le Seigneur, après que le pays vous aura été assujéti, donnez-leur Galaad, afin qu'ils le possèdent comme leur propre héritage.

30. Mais s'ils ne veulent pas passer avec vous en armes dans la terre de Chanaan, qu'ils soient obligés de prendre au milieu de vous le lieu de leur demeure.

31. Les enfants de Gad et les enfants de Ruben, répondirent : Nous ferons ce que le Seigneur a dit à ses serviteurs.

32. Nous marcherons les armes à la main devant le Seigneur, dans le pays de Chanaan ; et nous reconnaissons avoir déjà reçu au-delà du Jourdain la terre que nous devons posséder.

33. Moïse donna donc aux enfants de Gad et de Ruben, et à la moitié de la tribu de Manasse, fils de Joseph, le royaume de Schon, roi des Amorrhéens, et le royaume d'Og, roi de Basan, et leur pays avec toute les villes qui y sont comprises.

34. Les enfants de Gad rebâtièrent ensuite les villes de Dibon, d'Ataroth, d'Aroer,

35. D'Eetroth, de Sophan, de Jaser, de Jeglaan,

36. De Bethnemra, et de Betharan, en les rendant des villes fortes, et firent des étables pour leurs troupeaux.

37. Les enfants de Ruben rebâtièrent aussi Hesebon, Eleale, Cariathaim.

38. Nabo, Baalméon, et Sabama, en changeant leurs noms, et en donnant des noms nouveaux aux villes qu'ils avaient bâties.

39. Et les enfants de Machir, fils de Manasse,

runt in Galaad, et vastaverunt eam, interfecto Amorrhæo, habitatore ejus.

40. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir, filio Manasse, qui habitavit in eâ.

41. Jair autem, filius Manasse, abiit et occupavit vicus ejus, quos appellavit Havoth Jair, id est, villas Jair.

42. Nobe quoque perrexit, et apprehendit Chanath cum viculis suis, vocavitque eam ex nomine suo Nobe.

VERS. 1 et 2. — FILII AUTEM RUBEN ET GAD HABEBANT PECORA MULTA, etc.; CUMQUE VIBISSENT JAZER ET GALAAD APTAS ANIMALIBUS ALENDIS TERRAS, VENERUNT AD MOYSEN, ut cas sibi in sortem et hereditatem dari postularent. Erant hæc terre Jazer et Galaad, cis Jordanem, in terrâ quam Schon et Og regibus Amorrhæorum ademerant Hebræi, c. 21, 24. Horum ergo terram, utpote compascuam, postulabant Rubenite et Gadditæ, pecoribus abundantes, illisque cum dimidiâ tribu Manasse, eam possidendam tradidit Moses.

Tropolog. S. Gregor. 27 Moral. c. 10 : « Quos et multa, ait, mundi implicamenta occupant, hi et Jordanem transire nolunt, quia habitationem et coelestis patriæ non requirunt. » Vide apud eum cætera.

VERS. 4. — HABEBANT JUMENTA (id est, pecora) PLURIMA.

VERS. 6. — QUIBUS RESPONDIT MOYSES (putans eos ex timore Chanaanorum, et bellorum cum eis inauditorum, nolle pergere trans Jordanem in Chanaan) : CUI SUBVERTITIS MENTES FILIORUM ISRAEL, NE TRANSIRE AUDEANT, etc.; NONNE ITA EGERUNT PATRES VESTRI? etc. SUBVERTERUNT, id est, averterunt, frægerunt, dissolverunt (Hebræum enim *keni*, significat frangere, avertere, dissolvere, irritare), COR FILIORUM ISRAEL, qui parati erant ingredi in terram promissam; sed, auditis exploratoribus, metu percussi sunt, nec ausi progredi, regressi voluerunt in Ægyptum; q. d. : Videte ne vos idem faciatis.

VERS. 9. — UT NON INTRARENT FINES, QUOS EIS DOMINUS DEDIT. TÛ M, significat non intentionem, sed consequentiam et eventum rei : et exploratorum enim persuasionem, ortum est populi murmur, ex murmure poena, et justa Dei sententia, ut omnes morerentur in deserto, neque aliquis eorum intraret in Chanaan.

VERS. 11. — SI VIDERENT HOMINES ISTI, QUI ASCENDERUNT EX ÆGYPTO, A VIGINTIANNIS ET SEX-

sé, entrèrent dans le pays de Galaad, et le ravagèrent, après avoir tué les Amorrhéens qui l'habitaient.

40. Moïse donna donc le pays de Galaad à la famille de Machir fils de Manasse, et la postérité de Machir y demeura.

41. Jair, descendant de Manasse par son aïeule, fille de Machir, qui était fils de Manasse, entra dans le pays de Galaad, se rendit maître de plusieurs bourgs qu'il appela Havoth-Jair, c'est-à-dire, les bourgs de Jair.

42. Nobe y entra aussi, et prit Chanath avec tous les villages qui en dépendaient; il lui donna son nom, l'appelant Nobe.

PRA, TERRAM, etc. TÛ à viginti annis, refert non ad eos, qui ascenderunt ex Ægypto, sed ad homines isti. Nam qui tempore egressus ex Ægypto, necdum attingerant annum vigesimum, sed tempore murmuris eum attingerant, hæc sententia continentur et multentur, uti dixi, c. 14, 29.

NOLUERUNT SEQUI ME, Hebræice, non impleverunt post me, id est, non plene me sunt secuti, ut mihi continuo et constanter obediunt, pergerentque, me duce, in Chanaan : sed in viâ resisterunt, aversique sunt à me, volentes iter reflectere in Ægyptum.

VERS. 15. — IRATUSQUE DOMINUS ADVERSUM ISRAEL, CIRCUMDIXIT EUM PER DESERTUM QUADRAGINTA ANNIS. Hanc circumductionem volubilitatem et instabilitatem significantissimè exprimit Septuag. dùm vertunt, *καταρριπιδευσαντες* (ita enim legendum cum Romanis, non, *καταρριπιδευσαντες*, uti legunt regia) *αερισας*, id est, circumvolvit eos ut rhombum per desertum quadraginta annis, ubi gyrationes Hebræorum in deserto aptè comparat rhombo, ut notat Eugubinus, sive rhombum piscem accipias, hic enim mirè se circumvolvit; sive rhombum mulierum trilateralum et transversum, ad quem ipse glomos, quos neverunt, extricant et expandunt, ut faciliè à textoribus fila evolvit et contexti possint; quem Belgi vocant den *haspel*. Tales enim gyros reflexos, et circumvolutions plurimas fecerunt Hebræi, continuo per 40 annos, ut patet ex tabulis Adrichomii.

VERS. 14. — ET ECCE, INQUIT, VOS STREXISTIS PRO PATRIBUS VESTRIS, INCREMENTA ET ALUMINUM IN DOMINUM PECCATORUM. Pro incrementa et alumini, hebr. est, *tarbut*, quod ad verbum multitudinem, vel multiplicationem significat, sed metaphorice attribuitur alumini et discipulis; ita enim hic vertunt 70, Chald., et noster, unde et *rab*, sive *rabbi*, ab eadem radice deductum, significat magistrum, qui multus, id est, magnus est, summe doctrinam pro discipulis

spargit et multiplicat. Sensus ergo est, q. d. : Vos filii et discipuli estis hominum impiorum ad augendum peccata, et implendam mensuram patrum vestrorum; vos egregie eorum stirpem impiam, atque ac scelera propagatis et accrescere facitis.

VERS. 17. — PARVULI NOSTRI, etc., ERUNT IN URIBUS MURATIS, PROPTER HABITATIONEM, puta vicinorum, INSIDIAS. Erant enim Rubenitae et Gadditae vicini Moabitibus, Idumaeis, Chananæis, aliisque hostibus. Itaque non dubium est, quin cum parvulus etiam viri bellatores, ad eorum tutelam remanserint, uti mox clarior patet.

VERS. 20. — EXPEDITI PERGITE CORAM DOMINO, id est, in presentia Domini, puta coram arcæ et columnâ nubis, quæ Dominum contactæ et representat.

Nota. *Tò esse coram Domino*, duo significant: primò, Dominum habere inspectorem et testem. Ita somitur, 2 Reg. 5, 58; Psal. 18, 25; Eccl. 2, 26, et alibi. Secundò *esse coram Domino*, est Dominum habere annuentem et faventem: ita enim verit noster, Judic. 18, v. 6, et alibi; ita quoque hic sumi potest.

VERS. 21. — OMNIS VIR BELLATOR (EX VOBIS) ARMATUS JORDANEM TRANSEAT. *Omnis*, qui scilicet commode transire potest. Nam non erat tutum, parvulus et pecora, reliquam familiam sine praesidio relinquere, in tantâ tot hostium vicinâ. Sic alibi sæpè *omnis* capitur pro multis; unde ex Rubenitibus, Gadditis et Manassensibus, tantùm 40 millia transierunt Jordanem, ad pugnam cum Chananæis ineundam; ut patet Josue 4, 15; cùm tamen universam partem ante censa essent ex eis centum et decem millia, e. 26, 18 et seq.; reliqua verò 70 millia ad tutelam parvulorum, uxorum et pecorum, in Galaad remanserunt. Itaque jubet hic Moses, ut hæ tres tribus domi, extra teli factum non desideant, sed alias ad pugnam comitentur, imò præceant, idque primò, ut aliis desidia et timoris suspicionem eximant, atque audacia et fortitudinis exemplum dent. Secundò, ne unus ille Hebræorum populus, antequam victoria bello, et resp. hereditatis divisione, ac denique religio arca collocacone, sacramentum rituum factis initiis, constituta esset, dividatur, scindaturque novella Ecclesia; quod planè futurum erat, si illi (quod timetur) qui eis Jordanem remanebant, trans Jordanem ad bella atque ad tabernaculum et sacra altarum tribunal venire detractaret, sibi que in Galaad proprium tabernaculum, altare et sacra constituerent. Unde et altare postea ab eis ibidem, licet alia

de causâ, erectum, magnam hujus rei suspicionem cæteris iniecit, et penè belli intestini occasionem dedit, ut patet Josue 22, v. 10 et 12.

VERS. 25. — SIN AUTEM QUOD DICITIS NON FECERITIS, NELLI DUBIUM EST, QUIN PECCAVIS (quin peccabitis, ita Sept. Sed Chald. et Hebr. habent in præterito, peccastis, scilicet postquam detractaveritis pugnam), ET SCITOTE QUONIAM PECCATUM (id est, poena peccati) VESTRUM APPREHENDET VOS. Noxa enim caput sequitur, et poena culpam individue, uti lictor reum, comitatur.

VERS. 26. — PARVULOS NOSTROS, etc., RELINQUEMUS IN URIBUS GALAAD, puta in terrâ Og et Schon, nobis attributâ. Galaad ergo hic, non pro Galaadite, sive terrâ, quæ propriè Galaad dicitur, accipitur, sed largius; complectitur enim totam sortem Gadditarum, Rubenitarum, et dimidie tribus Manasse.

VERS. 29 et 30. — SI TRANSIERINT FILII GAD VOBISCUUM JORDANEM, etc., DATE EIS GALAAD, etc. SIN AUTEM, etc., INTER VOS HABITANT ACCIPIANT LOCA, q. d. : Si fidem datam fefellerint, nolintque vobiscum ad pugnam progredi, compelle eos transire Jordanem, pugnare, et habitare vobiscum.

VERS. 31. — SICUT LOCUTUS EST DOMINUS, scilicet, Deus per Moysen, patet ex Hebræo.

VERS. 34. — IGITUR EXTRUXERUNT FILII GAD, DMOX, etc. *Extruxerunt*, id est, restaurarunt; nam ante hæ urbes extiterant; neque potuissent Gadditæ tam cito has urbes à fundamentis edificare: nam paulo post mortem Moysis, quæ statim post hæc secuta est, ipsi cum aliis tribubus profecti sunt trans Jordanem in Chanaan: unde et, v. 58, dicuntur ipsi vetera harum urbium nomina vertisse, aliaque eis imposuisse, unde patet has urbes prius existisse, ab eis que non fuisse edificatas, sed restauratas.

VERS. 38. — VERSIS NOMINIBUS. Hebræi hic, tanquam victores religiosi, suæ gentis nomina Amorrhæorum urbibus indiderunt, prioribus gentilitiis abolitis: præsertim quia quedam ex eis, ab idolis, puta à Baal, videntur fuisse desumpta, ut Bamoth Baal et Balmeon. Quænam ea fuerint Hebræorum nomina, Scriptura hic non exprimit, nisi duo, scilicet, Havoth, Jair, et Nobe, v. 41 et 42. Cætera enim nomina pleraque eadem inveniuntur, tam ante hæ tempora, Num. 21, v. 50 et seq., quam post ea, Josue 15, 17 et seq.

VERS. 40. — DEDIT ERGO MOYSES TERRAM GALAAD MACHIR FILIO MANASSE. *Machir*, id est, noster Machir, seu dimidie tribui Manasse,

prognate ex Machir, nam Machir filius Manasse, et nepos Josephi, jampridem erat mortuus. Si enim hucusque vixisset, fuisset, ut minimum, 210 annorum: quæ ætas nulli eo sæculo contigit.

VERS. 41. JAIR AUTEM FILIUS MANASSE, non proximus, sed remotus. Sic sæpè nepotes vocantur filii, ut Luca 1, 5; Matth. 1, 4.

Nota primò. *Jair* ex genere paterno fuit oriundus, non ex tribu Manasse, sed Juda; hæc enim est genealogia: Judas genuit Phares, hic Hesron, hic Stegub, hic Jair. Sed quia Hesron dedit filiam Machir filii Manasse, ex eaque genuit Segub patrem Jair, ut patet, 1 Paral. 2, 21, hinc factum est ut Jair Manassensis sit secutus, eò quod ex Manassensis Machir filii celeberrimi filii esset procreatus: et hoc sensu eum hic Scriptura Manassis filium appellat.

Nota secundò. *Jair* hic fuit vir fortissimus: unde in Galaad cepit Havoth Jair, id est, villas, quas ex nomine suo vocavit Jair; atque hæc de causâ factum est, ut eum supra, vers. 1, soli Rubenitæ et Gadditæ petierint sortem cis Jordanem, addita tamen eis fuerit dimidia tribus Manasse, utpote quæ fortissimè in urbibus his expugnandis operam suam navasset. Ita And. Masius in Josue 15, v. 31. Porro, alius fuit hic Jair, aliaque oppida Jair, à Jair et oppidis ejus, non captis, sed subditis, de quibus post 510 annos fit mentio Judic. 10, v. 4. Vide hic Abulensem, q. 15.

VERS. 42. — NOBE QUOQUE PERREXIT, ET APPREHENDIT CHANATH. Nobe hic videtur fuisse ex tribu Manasse, æquæ ac Jair de quo processit; unde ab eo vocata est urbs Nobe, in quâ postea collocatum est tabernaculum. Hinc in Nobe hanc David, fugiens Sautem, venit ad Achimelech pontificem, 1 Reg. 21, 1. Ita Abulensis.

Tropologiam hic rigidam et metucendam af-

CAPUT XXXIII.

1. Ille sunt mansiones filiorum israel, qui egressi sunt de Ægypto per terras suas in manu Moysi et Aaron,

2. Quas descripsit Moyses juxta castrorum loca, quæ Domini jussione mutabant.

3. Profecti igitur de Ramesse, mense primo, quinta decima die mensis primi, altera die Phase, filii Israel in manu excelsâ, videntibus cunctis Ægyptiis,

4. Et sepelientibus primogenitos, quos per-

fert Abulens. in fine cap. Hæ tres tribus, inquit, significant tres status Ecclesie, scilicet Ruben episcopos et prelatos: Ruben enim hebraicè idem est quod filius visionis: unde notat gradum prelatorum, qui aliorum vitam speculantur. Gad, utpote fortissimus, significat principes. Manasse significat monachos optimos, scilicet eos qui status et vocacionis obliviscuntur (hanc enim oblivionem, significat. Hebr. Manasse). Hi tres citra Jordanem remanent: quia maximus numerus illorum trium statuum, citra terram viventium in cælis promissam, in terrâ hæc morientium remanent, dum stabula jumentorum, id est, gloriosa palatia, ut vocent nomina sua in terris suis, atque delectationes pecorum, puta delectationes ex brutis et cum brutis communes, querunt. Ili, si quos interdum trans Jordanem, in terram promissam, id est, in celum, docendo et monendo ducant, ipsi tamen citra Jordanem ad sua fluxa redeunt, atque ad cælum, ut ibi morientur, nunquam vadunt. Hucusque Abulens. Quæ commodè accipienda sunt de his qui terre et terrenis, cum Gadditis et Rubenitis, inhiant. De talibus quoque locutus est concludator ille Alberti I Imp., qui videns proceres oscitante sua verba expicientes, voce intentâ: *Quæritur, ait, salutarie possint principes? Et re utrinque agitata, excessuque audientium somno: Quidni, ait, possint? si modo Baptismo suscepto in cunis vagantes moriantur, uti refert Æneas Sylvius l. 5 de Gestis Alphon. Certum est enim episcopos, religiosos et principes extimios non desse, qui ad coelestia aspirant, ac virtute et religione suis præstant et prælaent. Porro S. Gregorius, 27 Moral. 10, hæc adaptat fidelibus, qui nondum defendunt, sed suas concupiscentias amant et sequuntur: hi enim extra promissionis terram animalia bruta nutriunt.*

CHAPITRE XXXIII.

1. Voici les demeures des enfans d'Israel, après qu'ils furent sortis de l'Égypte en diverses bandes, sous la conduite de Moïse et d'Aaron,

2. Qui furent décrites par Moïse selon les lieux les plus remarquables de leurs campemens qu'ils changeaient par le commandement du Seigneur.

3. Les enfans d'Israel partirent donc de Ramesse, ville de la terre de Gessen, dans la basse Égypte, le quinziesme jour du premier mois, et le lendemain de la pâque, par un effet de la main puissante du Seigneur, à la vue de tous les Égyptiens,

4. Qui ensevelissaient leurs premiers nés, que le Seigneur avoit frappés, ayant exercé sa ven-

cusserat Dominus (nam et in diis eorum exercebat ulionem).

5. Castrametati sunt in Soccoth.
6. Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis.

7. Inde egressi venerunt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, et castrametati sunt ante Magdalum.

8. Profectique de Phihahiroth, transierunt per medium mare in solitudinem : et ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in Mara.

9. Profectique de Mara venerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, et palme septuaginta : ibique castrametati sunt.

10. Sed et inde egressi, fixerunt tentoria super mare Rubrum. Profectique de mari Rubro,

11. Castrametati sunt in deserto Sin.

12. Unde egressi, venerunt in Daphea.

13. Profectique de Daphea, castrametati sunt in Alus.

14. Egressique de Alus, in Raphidim fixere tentoria, ubi populo defuit aqua ad bibendum.

15. Profectique de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai.

16. Sed et de solitudine Sinai egressi, venerunt ad sepulchra concupiscentiæ.

17. Profectique de sepulchris concupiscentiæ, castrametati sunt in Haseroth.

18. Et de Haseroth venerunt in Rethma.

19. Profectique de Rethma, castrametati sunt in Rhemomphares.

20. Unde egressi venerunt in Lebna.

21. De Lebna, castrametati sunt in Ressa.

22. Egressique de Ressa, venerunt in Ceelath.

23. Unde profecti, castrametati sunt in monte Sepher.

24. Egressi de monte Sepher, venerunt in Arada.

25. Inde proficiscentes, castrametati sunt in Maeloth.

26. Profectique de Maeloth, venerunt in Thahath.

27. De Thahath castrametati sunt in Thare.

28. Unde egressi fixere tentoria in Methca.

29. Et de Methca, castrametati sunt in Hesmona.

30. Profectique de Hesmona, venerunt in Moseroth.

31. Et de Moseroth castrametati sunt in Benejaacan.

geance sur leurs dieux mêmes, c'est-à-dire, sur leurs idoles, sur leurs princes, et sur les animaux qu'ils adoraient comme des dieux.

5. Ils allèrent de là camper à Soccoth.

6. De Soccoth ils vinrent à Etham, qui est dans l'extrémité du désert.

7. Étant sortis de là, ils vinrent vis-à-vis de Phihahiroth qui regarde Beelsephon, et ils campèrent devant Magdalum.

8. De Phihahiroth ils passerent par le milieu de la mer Rouge, et entrèrent dans le désert, et ayant marché trois jours par le désert d'Etham, appelé aussi le désert de Sur, ils campèrent à Mara, où Moïse adoucit les eaux amères en y jetant un certain bois.

9. De Mara ils vinrent à Elim, où il y avait douze fontaines d'eau et soixante-dix palmiers, et ils y campèrent.

10. De là ayant décampé, ils allèrent dresser leurs tentes près de la mer Rouge; et étant partis de la mer Rouge,

11. Ils campèrent dans le désert de Sin.

12. De Sin ils vinrent à Daphea.

13. De Daphea ils vinrent camper à Alus.

14. Et étant sortis d'Alus, ils vinrent dresser leurs tentes à Raphidim, où le peuple ne trouva point d'eau à boire.

15. De Raphidim, ils vinrent camper au désert de Sinai.

16. Étant sortis du désert de Sinai, ils vinrent, après quelques jours de marche, aux sépulchres de concupiscentie.

17. Des sépulchres de concupiscentie, ils vinrent camper à Haseroth, près de Cades-Barné.

18. De Haseroth, ils vinrent à Rethma.

19. De Rethma ils vinrent camper à Rhemomphares;

20. D'où étant sortis, ils vinrent à Lebna.

21. De Lebna ils allèrent camper à Ressa.

22. Et étant partis de Ressa, ils vinrent à Ceelath.

23. De là ils vinrent camper au mont de Sepher.

24. Et ayant quitté le mont de Sepher, ils vinrent à Arada.

25. D'Arada, ils vinrent camper à Maeloth.

26. Et étant sortis de Maeloth, ils vinrent à Thahath.

27. De Thahath, ils allèrent camper à Thare;

28. D'où ils vinrent dresser leurs tentes à Methca.

29. De Methca, ils allèrent camper à Hesmona.

30. Et étant partis de Hesmona, ils vinrent à Moseroth, près du mont Hor,

31. Et de Moseroth, retournant sur leurs pas, comme s'ils eussent voulu reprendre le chemin du mont Sinai, ils allèrent camper à Benejaacan.

32. Profectique de Benejaacan, venerunt in montem Gadgad.

33. Unde profecti, castrametati sunt in Jete-batha.

34. Et de Jetebatha venerunt in Hebrona.

35. Egressique de Hebrona, castrametati sunt in Asiongaber.

36. Inde profecti, venerunt in desertum Sin, hæc est Cades.

37. Egressique de Cades, castrametati sunt in monte Hor, in extremis finibus terre Edom.

38. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, jubente Domino : et ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense quinto, primâ die mensis,

39. Cùm esset annorum centum viginti trium.

40. Audivique Chananeus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israel.

41. Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona.

42. Unde egressi, venerunt in Phunon.

43. Profectique de Phunon, castrametati sunt in Oboth.

44. Et de Oboth, venerunt in Ijeabarim, quæ est in finibus Moabitarum.

45. Profectique de Ijeabarim, fixere tentoria in Dibongad.

46. Unde egressi, castrametati sunt in Helmondeblathaim.

47. Egressique de Helmondeblathaim, venerunt ad montes Abarim, contra Nabo.

48. Profectique de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Jordanem, contra Jericho.

49. Ibi que castrametati sunt de Bethsimoth usque ad Abelsatim in planioribus locis Moabitarum,

50. Ubi locutus est Dominus ad Moysen :

51. Præcipe filiis Israel, et dic ad eos : Quando transieritis Jordanem, intrantes terram Chanaan.

52. Disperditis cunctos habitatores terre illius : confringite titulos, et statuas comminite, atque omnia excelsa vastate,

53. Mundantes terram, et habitantes in eâ : ego enim dedi vobis illam in possessionem,

54. Quam dividetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiore, et paucis angustiore. Singulis ut sors ceciderit, ita tribuetur hereditas. Per tribus et familias possessio dividetur.

52. De Benejaacan, ils vinrent à la montagne de Gadgad,

53. D'où ils allèrent camper à Jetebatha.

54. De Jetebatha, ils vinrent à Hebrona.

55. De Hebrona, ils allèrent camper à Asiongaber, proche la mer Rouge;

56. D'où étant partis, ils vinrent de nouveau au désert de Sin ou de Zin qui est le même que celui de Cades.

57. De Cades, ils vinrent camper sur la montagne de Hor, à l'extrémité du pays d'Edom.

58. Et Aaron grand-prêtre, étant monté sur la montagne de Hor, par le commandement du Seigneur, y mourut le premier jour du cinquième mois de la quarantième année après la sortie des enfants d'Israel du pays d'Egypte,

59. Étant âgé de six-vingt-trois ans.

40. Alors Arad, roi des Chanéens, qui habitait vers le midi, apprit que les enfants d'Israel étaient venus sur les frontières de son pays, à dessein d'entrer par là dans le pays de Chanaan : il les attaqua et les vainquit. Mais les Israélites ayant eu recours au Seigneur, il leur fitra les Chanéens qu'ils passèrent au fil de l'épée, et ils brûlèrent leurs villes.

41. Étant partis de la montagne de Hor, ils vinrent camper à Salmona;

42. D'où ils vinrent à Phunon.

43. De Phunon, ils allèrent camper à Oboth.

44. D'Oboth, ils vinrent à Ijeabarim, qui est sur la frontière des Moabites.

45. Étant partis de Ijeabarim, ils vinrent dresser leurs tentes à Dibongad;

46. D'où ils allèrent camper à Helmondeblathaim.

47. Ils partirent de Helmondeblathaim, et vinrent aux montagnes d'Abarim, vis-à-vis de Nabo.

48. Et ayant quitté les montagnes d'Abarim, ils passerent dans les plaines de Moab, sur le bord du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho;

49. Où ils campèrent dans les lieux les plus plats du pays des Moabites, depuis Bethsimoth jusqu'à Abelsatim :

50. Ce fut là que le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :

51. Ordonnez ceci aux enfants d'Israel, et dites-leur : Quand vous aurez passé le Jourdain et que vous serez entrés dans le pays de Chanaan,

52. Exterminez tous les habitants de ce pays-là ; brisez les pierres érigées en l'honneur de fauxes divinités, rompez leurs statues, et renversez tous leurs hauts lieux.

53. Pour purifier ainsi la terre, afin que vous y habitiez, car je vous l'ai donnée, afin que vous la possédiez ;

54. Et vous la partagerez entre vous par sort. Je conduirai le sort de telle manière, qu'en le suivant exactement, vous en donnerez une plus grande partie à ceux qui seront en plus grand nombre, et une moindre à ceux qui seront moins. Chacun recevra son héritage, selon qu'il lui sera échu par sort ; et le partage s'en fera par tribus et par familles.

35. Sin autem nolueritis interficere habitatores terre, qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, et lanceae in lateribus, et conversabuntur vobis in terrâ habitatiônis vestræ:

36. Et quidquid illis cogitaveram facere, vobis faciam.

Tropologicè, sicut Hebraei per 42 mansiones, sive stationes, ibant in Chanaan, sic Christiani per 40 dies jejuniû tendunt ad resurrectionem. Hinc factum est, ut hi jejuniûm dies, à Patribus stationes, appellentur: tum quia in iis stantibus orabant et vigilabant Christiani, quasi pergentes ad terram in caelis promissam: tum quia hi stationum dies representati fuerunt per 42 stationes Hebræorum in deserto, ut ex S. Ambrosio, Tertulliano et aliis docui, Exod. 24, in fine. Sapienter dixit abbas ille in Vitis Patrum, l. 7, c. 28: (Usque tunc laboret homo, usquequò possideat Christum. Ad hæc, tribulationem et laboris rememorans, undique custodiat semetipsum, timens ne tantos labores amittat. Nam et Filios Israel ideò Deus per desertum quadraginta annis circumduxit, ut rememorantes viam tribulationem, nolent redire recitrosam.)

VERS. 1.—IN MANU MOYSI ET AARON. Per Moysen et Aaron, vel ducto Moysi et Aaronis. Tò enim in manu, Hebræis significat causam instrumentalem, idemque valet quod, per.

VERS. 5.—ALTERA DIE PHASE, postridie agni immolati; 14 lunâ ad vespem, puta 15 lunâ sive die mensis primi, nam 15 hæc die egressi sunt ex Ægypto.

IN MANU EXCELSA. In magna potestate, robore et terrore Ægyptiorum, hoc est, potenter, valenter et gloriose egressi sunt, utpote prostratis jam Ægyptiis per tot plagas et per eadem primogenitorum: unde ipsi Hebræorum egressum amplius impediere, eosque detinere non sunt ausi. Hinc Chald. verit: *Egressi sunt patâni, in oculis omnium Ægyptiorum.*

VERS. 4.—NAM ET IN DIEBUS EORUM EXERCERAT ULTIONEM, quia scilicet eadem nocte, quâ egressi sunt Hebræi, Deus prostravit idola Ægypti, ut dixi, Exodi 12, 12, q. d.: Ideò in manu excelsâ egressi sunt Hebræi, in oculis omnium Ægyptiorum: quia perterrefecerat eos Dominus strage, non tantum primogenitorum, sed et idolorum ipsorum.

VERS. 8.—AMBULANTES PER DESERTUM ETHAM. Erat ergo desertum Etham ingens tam cis quam trans mare Rubrum, ut dixi, Exod. 14, 21 et 29.

35. Que si vous ne voulez pas tuer tous les habitans du pays, ceux qui en seront restés vous deviendront comme des clous dans les yeux, et comme des lances aux côtés; et ils vous combattront dans le pays que vous devez habiter:

36. Et je vous ferai à vous-mêmes tout le mal que j'avais résolu de leur faire, pour vous punir de les avoir épargnés.

COMMENTARIUM.

Minus ergo rectè Abul. ex hisce verbis suspicatur Hebræos non transisse, sed circumsse mare Rubrum, ut sic continuò in eodem deserto Etham versarentur.

VERS. 40.—AUDIVITQUE, etc. ARAD, etc., IN TERRAM CHANANAM VENISSE FILIOS ISRAEL. *Venisse*, id est, adventare (et enim *venisse*, significat actum inchoatum, non completum), ad eam invadendam supple; ideò eos impedire voluit, eosque bello accessivis, sed ab eis victus casusque est, ut dictum est, c. 21, initio. Secundo, planius Hebr. Chald. Sept. Vatab. et alii et in Chanaan jungunt præcedentibus, vertuntque: *Audivitque rex Arad, habitans ad meridiem in Chanaan*, id est, Chananæ: non enim habitabat in ipsâ Chanaan, sed extra, eratque illi ad meridiem, æquè ac Amalec, ut patet, c. 14, 45; et l. Reg. 50, 1. Hebræum enim bet, id est, in, sæpè fungitur vice regiminis genitivi, et juxta hunc sensum accipienda videtur nostra latina versio, in eaque legendum esse cum Abul.: *Arad qui habitabat ad meridiem in terrâ (non in terram) Chanaan*, id est, qui habitabat ad meridiem ipsius terre Chanaan, ait Abul.

VERS. 49.—IBIQUE CASTRANETATI SUNT, DE BETHSIMOTH USQUE AD ABELSTIM. Non quasi castra Hebræorum se extendent de Bethsimoth usque ad Abelsatim, per duodecim miliaria, ut vult R. Salomon: sic enim non 42, sed 41 essent mansiones. Sensus ergo est, q. d.: Hebræi prius fixerunt castra in Bethsimoth, deinde in Abelsatim, ubi 42 et ultima fuit mansio. Ita Abulensis.

VERS. 52.—CONFRINGITE TITULOS. Hebr.: *Frangite celaturas*, vel picturas eorum (Chananæorum) quibus scilicet ipsi deos suos depingunt, eosque colunt; vetat enim hic idololatriam; Vide dicta Lev. 26, 1.

EXCELSA, scilicet altaria et sacella in locis excelsis, idolis consecrata, vastate.

VERS. 55.—SIN AUTEM NOLUERITIS INTERFICERE HABITATORES TERRE, etc., ERUNT VOBIS QUASI CLAVI IN OCVLIS, ET LANCEÆ IN LATERIBUS, q. d.: Chananæi, si eis parcatis, pungent vos instar clavorum et lancearum, bellisque vos vexabunt et dilacerabunt. Hæc una fuit causa cur jusserit

Deus deleri omnes omnino Chananæos; fuit et secunda, scilicet impietas istarum gentium; ac tertia, ne scilicet scandalo essent Hebræis, et suis idolis ac vitiiis eos polluerent. Peccarunt ergo Hebræi cum successu temporis, pravallentes Chananæis, eos non omnino deleverunt, sed vel desidia, vel commiseratione, vel spe tributi, vel alia simili de causâ, eis pepercissent, unde postea ab eis exterminari non potuerunt. Deus autem id convertit in bonum, videlicet ut hæ gentes essent quasi flagellum Judæorum, cum ipsi ad idola dellectebant, ut patet Judic. 2, 22; et ut Hebræi haberent continuum cum eis armorum exercitum, nec otio diffloerent, ut patet Judic. 5, 1. Quâ de causâ Scipio Carthagine Romæ amulam, non esse delendam censuit, ut esset eos juvenutis Romanae.

Mysticè S. Hier.: *Hæc ait, 42 mansiones quibus Hebræi tenderunt in Chanaan, significavit 42 vias, quibus fideles tendunt in caelum.* Prima est *Ramesse*, id est, tonitruum gaudii, quo scilicet tonantibus, id est, predicantibus, Apostolis aliisque, conversi sunt ad Christum infideles et impii, idcirco gavisii sunt. Secunda est *Socoth*, id est, tabernacula, quia in hæc viâ quasi peregrini, celebramus continuum festum tabernaculorum, tendimusque ad caelum, quasi ad patriam nostram. Tertia est *Etham*, id est, fortitudo, quia fortiter in hæc viâ ardua omnia et adversa superanda sunt. Quarta est *Phihaleth*, id est, os nobilium, ut quasi nobiles et generosi, ore nostro Deum in adversis laudemus. Quinta est *Mara*, id est, amaritudo, scilicet penitentia. Sexta est *Elim*, id est, arictes, puta Apostoli, et similes. Hos enim quasi duces sequi debemus. Septima est *ad mare Rubrum*, quia per fluctus et alterationes hujus seculi, quin et per martyria eundem est in caelum. Octava est *Sin*, id est, odium, quia fideles grande odium et persecutiones tam diaboli, quam mundi subire debent. Nona est *Daphca*, id est, pulsatio, puta oratio, de quâ ait Christus: *Pulsate et aperietur vobis.* Decima est *Alus*, id est, fermentum, scilicet Evangelii. *Quod tollens mulier, commisit farina satis tribus, donec fermentaretur totum.* Undecima est *Raphidim*, id est, dissolutio fortium: ibi enim orante Mose, Josue prostravit Amalec. Duodecima est *Sinai*, id est, rubus, hoc est, asperitas vite, in quâ Deus apparet, suamque legem et voluntatem anime communicat. Decima tertia est *Sepulera concupiscentiarum*, in quibus gula et gulosi sepeliuntur. Decima quarta est *Haseroth*, id est, atrium, scilicet vestibulum virtutum, ut ostendat eos, qui per

gula ceciderunt, posse resurgere; et eos qui stant, posse cadere. In Haseroth enim, murmurans contra Moysen Maria, leprâ percussa, et sanata est. Decima quinta est *Rehina*, id est, sonitus, vel juniperus, qui diu ignem conservat, ita ut, si prima ex ejus cinere fuerint operata, usque ad annum perveniant; ut scilicet simus ferventes spiritu, atque claro sonitu et exaltata voce Evangelium Domini predicemus. Decima sexta est *Rhemmon Phares*, id est, mali punici (id est, malogramati) divisio: quia multitudinis credentium est cor unum et anima una: in eâ enim est varietas consonantique virtutum. Decima septima est *Lebna*, id est, lateres, quos scilicet faciens populus in Ægypto, ingemuit: quia in hæc viâ, nunc crescimus, nunc decrescimus, et post ecclesiasticum ordinem, subinde ad laterum opera transmigramus. Decima octava est *Ressit*, id est, frenum. Si enim post profectum, rursus ad luti opera descendimus, infrenandi sumus, et cursus vagæ precipites Scripturæ retinaculis dirigendi sunt. Decima nona est *Ceclatha*, id est, Ecclesia: quia vagi currentium gressus frenis ad Ecclesiam retrahuntur; ut fores quas ante reliquerant, rursus intrare festinent. Vigesima est *Sepher*, id est, pulchritudo. Vide quid prosint frena: à vitiiis nos retrahunt, introducunt ad virtutum choros, ut in Christo, monte pulcherrimo, habitare faciant. Hinc vigesima prima venimus in *Arada*, id est, stuporem et miraculum: quia stupemus atque miramur Christi gratiam et virtutes, ut noster in laudibus ejus sermo superetur. Vigesima secunda est *Maccloth*, id est, cactus, de quibus dicitur: *Ecce quam bonum et quoniam jucundum habitare fratres in unum!* Vigesima tertia est *Thabath*, id est, pavor, de quo Apostolus: *Noli altum sapere, sed time: Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Vigesima quarta est *Thare*, quo nomine vocatus est pater Abraham, qui in apocrypho Genesios volumine, abactis corvis, qui hominum frumenta vastabant, ahactoris, vel depulsoris sortitus est nomen. Itaque et nos imitemur Thare, et vices cæci, quæ juxta viam satum triticum devorare festinant, solliciti prohibeamus. Vigesima quinta est *Methca*, id est, dulcedo, illa videlicet de quâ Psaltes: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel et formam ori meo.* Vigesima sexta est *Hesnona*, id est, festinatio, quæ videlicet ad ulteriora prorepantes, obliviscantur præteritum, et in futura extendamus nos. Vigesima septima est *Moseoth*, id est, vincula, sive disciplina, de quâ dicitur, Isaia 45: *Viri*

sublimes ad te transibunt, et tui erant, post te ambulabunt, vincit mancis. In his vinculis commoratur, dum festino gradu pergimus ad magistros, et eorum terminus limina, præceptis virtutum, ac mysteriis occupati Scripturarum. Vigesima octava est *Bonejacan*, id est, filii necessitatis, vel stridoris, qui scilicet timore supplicii et gehennæ, diabolum deserentes, in Christo renasci festinant: de quibus dicas cum Sione: *Ego sterilis, et non pariens, etc. Et isti tui erant?* Isaie 49. Vigesima nona est mons *Gadgad*, id est, expeditio, aut potius concisio, videlicet, ut non prohibeamus gladium nostrum à sanguine, dicente Propheta (Jer. 48): *Maledictus qui facit opera Domini fraudulenter, et qui prohibet gladium suum à sanguine, sc. quin carnes devoret, id est, carnis vita trucidet.* Trigesima est *Jetebatha*, id est, bonitas, ut, cum pervenerimus ad perfectum virum, in sacerdotalem gradum imitemur eum qui dixit: *Ego sum pastor bonus; bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.* Trigesima prima est *Hebron*, id est, transitus, sive transitio, ut sc. exempla Scrip. colligamus, que doceant nos hic non habere manentem civitatem, sed transire debere in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. Trigesima secunda est *Asion gaber*, id est, ligna viri, qualia sumus nos in manu artill' is Dei nostri, vasa facientis diversa, que in domo magnâ necessaria sunt. Trigesima tertia est *Cades*, id est, sancta, per antiphrasin, quia hic Moses et Aaron offendunt Dominum ad aquas contradictionis, et prohibentur ingredi Chanaan. Ubi enim præceptum, ibi et peccatum; ubi peccatum, ibi offensa; ubi offensa, ibi mors; ut meminerimus pariter nos omnes ob peccatum damnatos esse ad mortem. Trigesima quarta est mons *Hor*. Ille moritur Aaron in monte Hor, id est, montis, puta in celsitudine gradus et virtutis. Trigesima quinta est *Selmona*, id est, imagnacula, scilicet serpentis ænei, id est, Christi crucifixi, quam jugiter intueri debemus. Rursum *Selmona*, est umbra. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate. Trigesima sexta est *Phanon*, id est, os oris: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Trigesima septima est *Oboth*, id est, magi et pythones, quales pugnaverunt contra Moysen et Aaron, ut sciamus nos inter scorpiones habitare, et tamen eorum venena vincere debere. Trigesima octava est *Jetabarin*, id est, cervi lapidum transeuntium, de qualibus ait Zach. c. 9: *Lapides sancti volentur super terram.* Hi sunt qui eunt de vir-

tute in virtutem. Sunt et alii lapides, quos Jer. c. 50, de viâ tolli jubet, ne per istud seculum ambulantium, et ad alias mansiones transire festinantium, pedes offendant. Trigesima nona est *Dibongad*, id est, foriter intellecta tentatio, quâ videlicet intelligimus, quod non debeamus nos elevare in superbiam. Ante contritionem enim elevatur cor, et ante gloriam humiliatur. Quadragesima est *Helmon Deblathaim*, id est, in contemptum plagarum sive opprobriorum; quo discimus omnia dulcia, et illecebras voluptatum in hoc seculo contemnendas, nec inebriari nos debere vino, in quo sunt luxurie opprobria. Quadragesima prima sunt montes *Abarim*, contra faciem Nebo. *Abarim*, id est, transeuntis, quia sancti licet sint in montibus virtutum, semper tamen ulterioris conscendere debent in cælum. *Nebo* idem est quod conclusio: ibi moritur Moses, id est, finitur lex, nec invenitur ejus memoria, ut succedat gratia Evangelii, quæ sine ullo fine tenditur: *In omnem enim terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.* Quadragesima secunda et ultima est *Abelathaim*, id est, luctus spinarum, ut discamus in fine vite cum S. Aug. flere et antiqua et recentia peccata, nec ex hæc vite finire sine penitentia, ut dicamus cum Psal. Ps. 51: *Conversus sum in ærumnâ meâ, dum configitur spina.* In Abelathaim enim Hebraei cæsi sunt, ob cultum Beelphegor; item Madianite, et Balaam. Rursus hic gesta et dicta sunt omnia, quæ Moyses ab hoc cap. usque ad finem Deut. conscripsit.

Ita has 42 mansiones explicat S. Hier. tr. de 42 Mans. ad Fab. et ex eo Rupert. Simili ferè modo mysticè has 42 mansiones exponit B. Petrus Damiani l. 2, ep. 7 ad Hildebrand. *Disce hic, fideles totâ vitâ debere proficere in virtute, itaque proficisci in terram promissam in cœlis. Nam, ut ait S. Bern.: Proficere est quoddam proficisci. Et ut ait Psal. ps. 85: Ibunt de virtute in virtutem. Et: Beatus vir cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.* In quæ verba ita scribit S. Hier.: Ille disposuit ascensiones in corde suo, quæcumque sanctus quotidie in priora extendit, et præteritorum obliviscitur. Propterea dicuntur et in psalterio psalmi graduum les quindecim, et primus dicitur: *ad Dominum cum tribulaveret clamavi.* Et in secundo: *Levavi oculos meos in montes, unde venit auxilium mihi.* Et in tertio: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: et semper procedit, et proficit, et ascendit in sublimiora. Quod dicit, hoc est: Ascensiones in corde suo disposuit. Felix*

est qui quotidie proficit, qui non considerat quid heri fecerit, sed quod hodie faciat ut proficiat. Sanctus ascensiones in corde suo ponit, peccator descensiones. Quomodo qui sanctus est, quotidie proficit, ita qui peccator est, quotidie decrescit.

Quare Salomon in Prov. suis ita justum describit: *Justorum autem semita, quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem.* Causa hujus rei est prima, quod omnes teneantur ad christianæ vite perfectionem aspirare, ac proinde quotidie in eâ progredi. Hoc enim est edictum Christi, Matth. 5, 8: *Estote perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est.* Et c. 22, 27: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, etc., et proximum tuum sicut teipsum.* Unde S. Aug. l. de Doct. Christ. c. 22: c. Tunc, ait, optimus est homo, cum totâ vitâ suâ pergit in incommutabilem vitam, et toto affectu inheret illi.

Secunda, quod quamdiu in hac vitâ degimus, versamur in scholâ; ergo ut discipuli genuini Christi in eâ quotidie proficere debemus. Unde S. Bern. ep. 141: c. Ita, ait, queso, ita facite, dilectissimi. Discipulus quippe proficiens gloria est magistri. Quisquis in scholâ Christi non proficit, ejus indignus est magisterio.

Tertia causa est, quia vera virtus, ut loquitur idem sanctus in Ep. ad Abb. Guarinum, finem nescit, tempore non clauditur. Unde est illud: *Charitas nunquam excidit.* Et idem: *Patientia pauperum non peribit in finem.* Et: *Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi.* Nunquam justus arbitratur se comprehensisse; nunquam dicit: Satis est; sed semper esurit sititque justitiam; ita ut si semper viveret, semper quantum in se est, justior esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum, vel ad tempus, instar mercenarii, sed in æternum divino se mancipat famulatu. Audi denique vocem justî: *In æternum non obliviscar justificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me.* Et rursum: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum; non igitur ad tempus. Proinde justitia ejus non manet aliquanto tempore, sed in seculum seculi.* Sempterna itaque justî esuriis, et sempternam meretur refectionem. Et licet in brevi consummetur pro tempore, judicatur tamen explèssè tempora multa pro virtutis perpetuitate. Idem deinde probat à contrario, cum ait: *Quo denique pacto temporis brevitatis bonorum præjudicet perpetuæ devo-*

tionis, quæ pertinacem reproborum malitiam excusare non sufficit? Ob hoc enim procul dubio inflexibilis et obstinate mentis punitur: æternaliter malum, licet temporaliter peccator: quia quod breve fuit tempore vel opere, longum esse constat in pertinaaci voluntate, ita ut si nunquam moretur, nunquam velle peccare desineret: imò semper vivere vellet, ut semper peccare posset. Proinde potest et de isto per contrarium lidem dici: *Consummatus in brevi explevi tempora multa, quod merito multorum, imò omnium temporum receperit vicem, qui nullo tempore volnerit mutare intentionem.* Hucusque Bernardus.

Quarta causa est, quia qui non vult proficere, vel existimat sibi opus non esse ulteriore progressu, incipit decedere. Quantumcumque hic vixerimus, ait S. Aug., quantumcumque hic profecerimus, nemo dicat: Sufficit mihi, justus sum; qui dixerit, remansit in viâ, non est novit pervenire. Ubi dixerit: Sufficit, ibi hæsit. Attende Apostolum cui non sufficit: *Frates, ait, ego me non arbitror comprehensisse.* Et rursus dicit: *Qui se putat scire, non tamen scit quemadmodum oporteat eum scire.* *Unum autem, quæ retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extensus secundum intentionem, sequor ad palmam superne vocationis.* Ille ergo currit; tu hæsis? ille dicit nondum se profectum, et tu jam de perfectione gloriaris? Confundantur qui dicunt tibi: *Euge, euge.* Et Doct. mellidius: *Non proficere sine dubio decedere est. Nemo proinde dicat: Satis est, sic volo manere, sufficit mihi esse sicut heri et est nullustertius. In viâ residet, qui ejusmodi est, in scalâ subsistit, ubi neminem patriarcha vidit non ascendentem. Dico ergo: Qui se existimat stare, videat ne cadat. Ardua et angusta est; et non hic, sed in domo Patris mansiones sunt multe.*

Quinta causa est, quia nihil est quod in hoc mundo quiescat: c. O monache, ait idem Clavallensis abbas, non vis proficere? num vis ergo decedere? nequaquam; quid ergo? Sic mihi, inquis, vivere volo, et manere in quo perveni; nec pejor fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod esse non potest. Quid enim stat in hoc seculo? Et certè de homine specialiter dictum est: *Fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.* Et iterum alibi: *Moveat nos ipsum quoque secularis cupiditatis exemplum. Quem enim ambitiosum vidimus aliquando contentum adgo-*

« plus dignitatibus, ad alias non anhelare? Sic et curiosi cuiusque non salutar oculus visu, nec auris impletur auditu. Quid, eorum qui avaritia serviunt, aut amatores sunt voluptatum, seu vanas hominum sectantur laudes, nonne et ipsorum insatiabilia desideria arguant nos negligentie et tepiditatis? Pudeat certe spiritualium nos honorum minus cupidos inveniri. »

Porro profectum hunc procuramus, primo, per gratiam Dei, perque nostram strenuam cum ea cooperationem. Gratia hæc precibus impetranda est, ut assidue oremus cum Psalte : « *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper.* » Secundum proponendo nobis exempla Christi et sanctorum. Unde S. Bern. : « *Ipsè, ait, hominis seculique auctor, quamdiu in terris visus est, et cum hominibus conversatus est, numquid stetit? et quidem teste Scripturâ, pertransiit benefacendo, et sanando omnes. Pertransiit ergo, sicut non infructuose, ita non remisit, non pigre, sed bono gressu, sed quemadmodum de eo scriptum est : *Exultavit ut gigas ad currendam viam.* Porro currentem non apprehendit, qui et ipse pariter non currit. Et quid*

CAPUT XXXIV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Præcipe filiis Israel, et dices ad eos : Cum ingressi fueritis terram Chanaan, et in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur :

3. Pars meridiana incipiet a solitudine Sin, que est juxta Edom : et habebit terminos contra orientem mare salsissimum ;

4. Qui circumbunt australem plagam per ascensum Scorpionis, ita ut transeant in Senna, et perveniant à meridie usque ad Cadesbarne, unde egredientur confinia ad villam nemine habet, et tendent usque ad Asemona.

5. Itaque per gymrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Ægypti, et maris magni litoris finietur.

6. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, et ipso fine claudetur.

7. Porro ad septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, pervenientes usque ad montem altissimum,

8. À quo venient in Emath usque ad terminos Sedadæ ;

9. Hincque confinia usque ad Zephrona, et usque ad Enan ; hi erunt termini in parte aquilonali.

« prodest Christum sequi, si non contingat consequi? Ideo Paulus aiebat : *Sic currite et comprehendatis.* Ibi tu, Christiane, fige tui cursus profectusque metam, ubi Christus posuit suam. *Factus est, ait, obediens usque ad mortem.* Quantūlibet ergo curris, si usque ad mortem non perveneris, bravium non apprehendis. » Tertio, per examem conscientie serium et crebrum. Unde S. Aug. serm. 15 de verbis Apostoli : « *Dicitis, ait, quid est ambulare? breviter dico, proficere, ne forte non intelligatis, et pigrius ambuletis. Proficite, fratres mei, discolite vos sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim est aliquis in intus tecum, cui erubescas, et jactes te. Est tibi, sed cui placeat humilitas, ipse te probat. Proba te teipsum tu ipse. Semper tibi displiceas quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi recedisti, et sanando omnes. Pertransiit ergo, sicut non infructuose, ita non remisit, non pigre, sed bono gressu, sed quemadmodum de eo scriptum est : *Exultavit ut gigas ad currendam viam.* Porro currentem non apprehendit, qui et ipse pariter non currit. Et quid*

CHAPITRE XXXIV.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit :

2. Ordonnez ceci aux enfans d'Israël, et dites-leur : Lorsque vous serez entrés dans le pays de Chanaan, et que vous y posséderez chacun ce qui vous sera échu par sort, voici quelles en seront les limites :

3. Le côté du midi commencera au désert de Sin qui est près d'Edom ; et il aura pour limites vers l'orient, la mer salée.

4. Ces limites du midi seront le long du circuit que fait la montagne du Scorpion, passeront par Senna, et s'étendront depuis le midi jusqu'à Cades-Barné. De là elles iront jusqu'à un village nommé Adar, et s'étendront jusqu'à Asemona.

5. D'Asemona, elles iront en tournant jusqu'au torrent de l'Égypte, et elles finiront au bord de la grande mer.

6. Le côté de l'occident commencera à la grande mer, et s'y terminera pareillement.

7. Les limites du côté du septentrion commenceront à la grande mer, et s'étendront jusqu'à la haute montagne du Liban.

8. De là elles iront vers Emath, jusqu'aux confins de Sedadæ ;

9. Et s'étendront jusqu'à Zéphrona, et au village d'Enan. Ce seront là les limites du côté du septentrion.

40. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villâ Enan usque Saphama,

41. Et de Saphama descendent termini in Rebla contra fontem Daphnin : inde pervenient contra orientem ad mare Genereth,

42. Et tendent usque ad Jordanem, et ad ultimum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu.

15. Præcepitque Moyses filiis Israel, dicens : Hæc erit terra, quam possidebitis sorte, et quam jussit Dominus dari novem tribubus, et dimidiæ tribui.

14. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, et tribus filiorum Gad, juxta cognationum numerum, media quoque tribus Manasse,

15. Id est, duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Jordanem, contra Jericho, ad orientalem plagam.

16. Et ait Dominus ad Moysen :

17. Hæc sunt nomina virorum qui terram vobis dividunt : Eleazar, sacerdos, et Josue, filius Nun,

18. Et singuli principes de tribubus singulis,

19. Quorum ista sunt vocabula : De tribu Juda : Caleb filius Jephone,

20. De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud,

21. De tribu Benjamin, Elidab, filius Chaselon,

22. De tribu filiorum Dan, Bocci, filius Jogli,

23. Filiorum Joseph, de tribu Manasse, Hanniel, filius Ephod,

24. De tribu Ephraim, Camuel, filius Sephtan,

25. De tribu Zabulon, Elisaphan, filius Pharnach,

26. De tribu Issachar, dux Phaltiel, filius Ozan,

27. De tribu Aser, Abiud, filius Salomi,

28. De tribu Nephthali, Phedael, filius Ammiud,

29. Hi sunt, quibus præcepit Dominus ut dividerent filiis Israel terram Chanaan.

COMMENTARIUM.

VERS. 5. — PARS MERIDIANA (CHANANÆ) INCIPIT A SOLITUDINE SIN, QUE EST JUXTA EDMO, ET HABEBIT TERMINOS CONTRA ORIENTEM, MARE SALSISSIMUM. *Mare salsissimum*, est lacus Sodomorum, sive Asphaltites, ubi prius fuit Pentapolis, sed eâ cælestis igne consumpta, factus est eo loco lacus ingens, qui hebræo more dicitur mare, idque salis, id est, salsissimum. Est enim in hoc lacu aqua crassa retinens proprietatem sulphuris et salis, quo conflagravit Pentapolis : tunc enim sal urens admixtum

40. Les limites du côté de l'orient se mesureront depuis ce même village d'Enan jusqu'à Saphama.

41. De Saphama, elles descendront à Rebla, vis-à-vis de la fontaine de Daphnis. De là elles s'étendront le long de l'orient, jusqu'à la mer de Ceureth, qui est la même que la lac de Gènesareth.

42. Et passeront jusqu'au Jourdain ; et elles se termineront enfin à la mer salée, ou la mer Morte. Voilà quelles seront les limites et l'étendue du pays que vous devez posséder.

15. Moïse donna donc ces ordres aux enfans d'Israël, et leur dit : Ce sera là la terre que vous posséderez par sort, et que le Seigneur a commandé que l'on donnât aux neuf tribus, et à la moitié de la tribu de Manassé.

14. Car la tribu des enfans de Ruben avec toutes ses familles ; la tribu des enfans de Gad, distingués aussi selon le nombre de ses familles, et la moitié de la tribu de Manassé,

15. C'est-à-dire, deux tribus et demie ont déjà reçu leur partage au deçà du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, du côté de l'orient.

16. Le Seigneur dit aussi à Moïse :

17. Voici les noms de ceux qui partageront la terre entre vous : Eléazar grand-prêtre, et Josué, fils de Nun,

18. Avec un prince de chaque tribu, de celles qui restent encore à partager,

19. Dont voici les noms : De la tribu de Juda, Caleb, fils de Jephoné ;

20. De la tribu de Simeon, Samuel, fils d'Ammiud ;

21. De la tribu de Benjamin, Elidab, fils de Chaselon ;

22. De la tribu des enfans de Dan, Bocci, fils de Jogli ;

23. Des enfans de Joseph, savoir, de la tribu de Manassé, Hanniel, fils d'Ephod ;

24. Et de la tribu d'Ephraïm, Camuel, fils de Sephtan ;

25. De la tribu de Zabulon, Elisaphan, fils de Pharnach ;

26. De la tribu d'Issachar, le prince Phaltiel, fils d'Ozan ;

27. De la tribu d'Aser, Abiud, fils de Salomi ;

28. De la tribu de Nephthali, Phedael, fils d'Ammiud.

29. Ce sont là ceux à qui le Seigneur a commandé de partager aux enfans d'Israël le pays de Chanaan.

COMMENTARIUM.

fuisse sulphuri, patet Deuter. 29, 25, licet alii putent dici mare salsissimum, à fodinis salis, quas ibi esse docet Sophonias, cap. 2, 9 ; idcirco hic lacus, nec pisces nec aliud vivens alit : unde et *mare mortuum* dicitur. Dicitur et *mare solitudinis*, vel *deserti*, quia situm est juxta solitudinem Sin et Cades, ubi casus est rex Sodomorum à Codorlahomor, Genes. 14, 7. Dicitur et vulgò *mare diaboli*, quia Sodoma, Gomorrhia, Adama et Seboim ob infanda peccata, igne et sulphure de celo cadente, à dia-

mone (ut vulgus putat) submersæ sunt et aquis obrutæ, ait Abul. Porrò hic lacus, sive mare, est ad orientem terre sancte. Nam Jordanis, qui Chanaanæ est ad orientem, in mare hoc influit et ab eo absorbetur, ut patet ex tabulis geographicis, et ex Josue 5, 16.

VERS. 4. — PER ASCENSUM SCORPIONIS. Est hic locus ita dictus à præruptis montibus, qui sunt asperi instar scorpionum.

VERS. 5. — IBIQUE PER CYRUM TERMINUS AB ASENONA USQUE AD TORRENTEM ÆGYPTI. Torrens hic est rivulus, qui ex deserto (unde Theodotion vertit, *torrens Arabiæ*) veniens juxta Rhinocoruram, in mare Mediterraneum delabitur, terraque tribus Juda et Simeon à deserto, viæque Ægyptiæ determinat. Unde Sept. pro torrente hoc vertunt Rhinocoruram. Hinc passim in Script. hic torrens ponitur australis terminus terre promissæ, puta Chanaanæ. Ita S. Hieronym. in cap. 6 Amos, et Epist. ad Dardanum, tomo 5. Vide Adrichom. in tabulis. Errant ergo qui torrentem hunc putant esse urbem à Nili rivis, ex Josue 15, 5; nam alius illius loci est sensus: torrens enim hic longè à Nilo et Pelusio, Ægyptoque distat.

ET MAGNI (id est, Mediterranei) MARIS LITTORE FINIETUR. Mare Mediterraneum hic vocatur *magnum*, respectu duorum aliorum: nam in terrâ sanctâ triplex est mare. Primum est hoc Mediterraneum, quod illam ab occidente alluit, unde *mare* hic in hebr. et aliibi sæpè significat Occidentem. Secundum est mare Mortuum, seu salissimum. Tertium est mare Cinnereth, seu Genesareth: hæc duo ultima potius lacus sunt; primum verò est mare verum et vastum.

VERS. 7. — PORRO AD SEPTENTRIONALEM FLAGAM A MARI MAGNO TERMINI INCIPIENT, PERVENIENTES USQUE AD MONTEM ALTISSIMUM, scilicet usque ad montem Hor, ut habent Hebræus et Chaldaeus. Perperam ergo aliqui Libanum hic intelligunt.

VERS. 8. — A QUO VENIENT IN EMATH. Emath hæc est minor, in quâ est urbs que postea ab Antiocho Epiphane, Epiphania est dicta. Erat hæc urbs terminus terre sancte ab aquilone. Erat alia Emath major, scilicet Antiochia, que caput erat totius Syriæ. Ita S. Hieron. et ex eo Ribera in Amos 6, 8.

VERS. 11. — CONTRA FONTEM DAPHNEM. Heb. non habent *à Daphni*, sed tantum *contra fontem*, scilicet illum, qui juxta Reblatam est notus et celebris; hic autem est Daphnis, uti optimè scivit et intellèxit noster interpres, puta S. Hier. qui accuratè perlastravit terram sanctam. Da-

phnis fons aquis abundantissimis Reblatam urbem irrigat, atque instar celebris et deliciosis illius Daphnes, Antiochiæ suburbanæ, frequentissimis lauris et amenitate inclytus est, uti ex l. 2 Machab., Josepho, et S. Hieronymo docet Adrichomius. Audi S. Hieron. in c. 4 Ezech. : « De Sephamâ, inquit, id est, de Apamâ, descendunt termini in Reblata, quæ nunc Syriæ vocatur Antiochia. » Adiditque : « Ut scias Reblam, sive Reblatam hanc significare urbem, dicit contra fontem, quem perspicuum est significare Daphnem, de quo fonte locus aquis abundantissimis fruitur. » Et 1 Machab. 5 : « Onias, inquit, Sacerdos continebat se in loco tuto secus Daphnen. » Nam cum sint plures Antiochiæ, una ad Cragum flumen in Ciliciâ, altera juxta Meandrum flumen in Cariâ, tertia Psidicæ in Cappadociâ, ad illarum differentiam hæc cognominata est Antiochia ad Daphnem, quæ etiam aliarum comparatione, Antiochia magna dicitur et Antiochia ad Orontem, quia ab Oronte fluvio secatur media. Est pretepsis; nam postea datum est nomen Daphnes huic fonti, aquæ ac suburbano Antiochiæ, ei adjacenti. Unde et porta urbis eò tendens, dicta est Daphnitica, juxta quam sepultum fuisse corpus S. Ignatii Martyris, testatur S. Hier. Dieta est enim Daphne, id est, laurus, vel lauretum, ob lauros et cypressos à Pompeio dedicatas eo loco: vel potius ob memoriam virginis Daphnes, quam Ladonis fluminis sui filiam Antiocheni fabulati sunt: unde et *laurum coluerunt ob memoriam virginis Daphnes*, inquit Philostr. lib. 1, et Arius, ac ex iis Anton. Nebriss. in Quinquagena, c. 14.

INDE PERVENIENT CONTRA ORIENTEM AD MARE CENERETH. *Cenereth*, vel, ut Hebræi legunt, *Cinneret*, urbs erat, que postea corruptè Genesareth, et à Tiberio Cæsare Tiberias est dicta: juxta hanc urbem erat lacus, qui mare et stagnum Cenereth, aut Genesareth, aut Tiberiads dicitur; et à provinciâ in quâ erat, mare Galilææ, juxta hoc mare erat Nazareth, Capharnaum, Bethsaida, et aliæ urbes, que educatione, conversatione et miraculis Christi fuerunt celebratæ.

Erat hoc mare Cenereth, uti et alterum salissimum, sive mortuum, cum Jordane, ab oriente limes terre sanctæ: Mediterraneum limes erat ab occidente; torrens Egypti, cum desertis Arabiæ, limes erat à meridie: Emath, sive Epiphania, uti et Libanus, limes erat à septentrione. Iidem termini terre promissæ

consignantur, Exodi 25, 51, nisi quòd ibi à septentrione terminus ponatur fluvius, scilicet Euphrates. Qui sanè amplè fuerunt termini, ac consequenter terra Judæis promissa peramplâ fuit: complexa est enim Philistiâ et Philistinum omnes, ut patet Josue 15, vers. 2 et 5. Rursùm complexa est totam Phœniciam, ac consequenter Tyrum et Sidonem, hæc enim tribui Aser à Josue attributa sunt, Josue 19, v. 28 et 29. Sed permisit Salomon Hiram regem Tyro dominari, ejusque operâ usus est in fabricâ templi, alioqui eum jure de regno Tyri excludere potuisset. Ita Abul. Hinc et molier Tyria, que à Christo filicæ sanitatem impetravit, à Matthæo, cap. 15, 22, vocatur *Chanaanæ*; à Marco verò, c. 7, 26, vocatur *Syropheniassa*, quia videlicet Phœnicia erat pars Chanaanæ. Unde patet Judæos suo demerito et culpâ totâ terrâ hinc promissâ, usque ad hosce terminos, non esse potitos, nisi paucos Salomonis regni tempore, quo tamen nonnullæ regiones non fuerunt ab eis cultæ et habitatæ, sed tantùm subactæ et vectigales: quedam etiam amicæ tantum et sociales, uti jam dixi de Tyro.

VERS. 12. — ET TENDENT USQUE AD JORDANEM. Jordanes limes erat ab oriente terre sanctæ, id est, novem tribuum. Nam tres aliæ tribus, scilicet Ruben, Gad et dimidia Manasse hic non numerantur, nec earum termini hic describuntur quia ipsi jam sortem acceptant eis Jordanem, in Galaad, ut dicitur, v. 14.

Nota. Jordanes famosissimus fuit fluvius, et terminus terre sanctæ. Oritur enim ad radices Libani, atque ex confluvio duorum rivulorum, scilicet Jor et Dan, conflatur; indeque dicitur Jordanes: juxta quem est planities viridissima, in quâ exstat sepulchrum S. Job, altâ pyramide insignitum. Jordanes, inquit Abulens. q. 5, habet septem privilegia, super alia flumina; primum, quòd dividat terram sanctam à Moa-

CAPUT XXXV.

1. Hæc quoque locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab, supra Jordanem, contra Jericho :

2. Præcipe filiis Israel ut dent Levitis de possessionibus suis

3. Urbes ad habitandum, et suburbana eorum per circuitum : ut ipsi in oppidis maneant, et suburbana sint pecoribus ac jumentis :

4. Quæ à muris civitatum forinsecus, per circuitum, mille passuum spatio tendantur.

5. Contra orientem duo millia erunt cubiti

bitis, Arabibus, aliisque gentibus. Secundum, quòd, aræ Dei cum Hebræis transeunte, invenita ejus steterunt : in ejus rei monumentum, tulerunt Israelite duodecim lapides de medio alveo Jordanis, eosque in titulos erexerunt et collocarunt in Galgalis, Josue 3, et 4 et 5. Tertium, quòd per eum Elias et Eliseus siccis pedibus transierunt, cum raptus est Elias per turbinem in cœlum, 4 Reg. 2, 8. Quartum, quòd in eo Naaman Syrus à leprâ mundatus est, cum septies in eo lavaretur, 4 Reg. 5. Quintum, quòd per eum ferrum securis, ad mandatum Elisei supernavit, 4 Reg. 6, 2, et 6. Sextum, quòd in Jordane Christus baptizatus est, et tactu suæ mundissimæ carnis, vim regenerativam in Baptismo omnibus aquis tribuit, Matth. 3. Septimum, quòd ibi Joannes Baptista vidit cœlum apertum, et audivit vocem Patris, et vidit Spiritum descendentem in specie columbæ, super Christum, Matth. 3.

VERS. 17 et 18. — HÆC SUNT NOMINA VIRORUM, QUI TERRAM VOBIS DIVIDENDENT, etc., SINGULI PRINCIPES DE TRIBUBUS SINGULIS. Non quòd hi 12 divisores essent principes supremi singularum tribuum : nam Caleb non erat summus princeps tribus Juda, nec alii erant filii primogeniorum, id est, principum suæ tribus, ut patet, si quis conferat parentum eorum nomina, que hic recensentur, cum principibus tribuum nominatis, cap. 1. Erant ergo hi principes aliquarum familiarum in suâ tribu; vel principes, id est, præpositi et præfecti divisioni terre sanctæ. Hebr. enim vox *nasi*, propriè significat *præpositum*. Itaque hi duodecim principes terram Chanaan dividerunt in partes æquas proportionaliter; quo facto sortem jecerunt, que pars cuique obtingeret, atque hinc terra hæc nunc sorte, nunc per principes dividenda dicitur, ut patet c. præced. v. 54. Quomodo per sortes divisa sit terra, dicam Josue 14, 1.

CHAPITRE XXXV.

1. Le Seigneur dit encore ceci à Moïse dans les plaines de Moab, le long du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho :

2. Ordonnez aux enfants d'Israël, que des terres qu'ils possèdent, ils donnent aux Levites

3. Des villes pour y habiter, et les faubourgs qui les environnent, afin qu'ils demeurent dans les villes, et que les faubourgs soient pour leurs troupeaux et pour leurs bêtes.

4. Ces faubourgs, qui seront au dehors des murailles de leurs villes, s'étendront tout au tour, l'espace de mille pas, à compter depuis les murs de la ville jusqu'à l'extrémité des faubourgs.

5. Or, le pas vaut deux coudées. Ainsi leur